

## DOMINICA

Intra Octavam Assumptionis beate Virginis Mariæ.

In Festo S. Joachim Confessoris Patris B. V. Mariæ. Duplex. Omnia de Comuni Confessoris non Pontificis, IV, præter ea quæ hic habentur propria.

In primis Vesperis ad Magnificat, & ad Benedictus tantum.

Antiphona, Laudemus virum gloriosum in generatione sua, quia benedictionem omnium Gentium dedit illi Dominus, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. V. Potens in terra erit semen ejus. R. Generatio rectorum benedicetur.

## Oratio.

Deus qui præ omnibus Sanctis tuis beatum Joachim Genitricis Filii tui patrem esse voluisti: concede quaesumus; ut cujus festa veneramus, ejus quoque perpetuo patrocinia sentiamus. Per eundem Dominum nostrum.

Et fit Commemoratio Dominicæ & Octavæ.

In Hymno. Iste Confessor, muratur tertius versus.

In primo Nocturno, Lectiones de libro ecclesiastici. Beatus vir, qui inventus est, de Comuni Confessoris non Pontificis II, loco. Ixij.

## In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Epiphânii Episcopi. Orat. de Laud. Virg. sub initium.

## Lectio iv.

DE radice Jesse ortus est rex David, & de tribu regis David sancta Virgo: sancta, inquam, & sanctorum virorum filia: cujus parentes fuerunt Joachim & Anna: qui quidem in vita sua Deo placuerunt, atque etiam fructum ejusmodi germinaverunt, sanctam Virginem Mariam, templum simul, & matrem Dei. Joachim porro, Anna & Maria, hi tres, Trinitati palam sacrificium

laudis offerébant. Joachim enim interpretatur preparatum Domini, eò quòd ex illo preparatum sit templum Domini, nempe Virgo. Anna rursus similiter gràtia interpretatur: propterea quòd Joachim & Anna gràtiam acceperunt, ut accedentibus precibus, talem fructum germinarent, sanctam Virginem adæpti. Joachim siquidem precabatur in monte, & Anna in horto suo.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductõibus tutavit illum:

• Et dedit illi claritatem æternam. V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Sermo Sancti Joannis Damasceni.

Orat. 1. de Virginis Mariæ Nativitate circa principium.

## Lectio v.

QUONIAM futurum erat, ut Dei Genitrix & Virgo ex Anna oriatur, naturæ grætiæ foetum antevertere minime ausa est: verum tantisper expectavit, dum grætia fructum suum produxisset. Siquidem oportebat eam primogenitam in lucem edi, quæ rerum omnium conditãur primogenitam, in quo omnia coagmentata sunt, paritura erat. O par beatum Joachim & Anna! vobis omnis creatura obstricta est. Per vos enim donum, omnium donorum præstantissimum, Creatori obtulit, nempe castam matrem, quæ sola Creatore digna erat.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, • Et ad portas paradisi coronavit eum. V. Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Et.

## Lectio vi.

EXULTA Joachim, quoniam ex filia tua filius natus es nobis, & vocatur nomen ejus magni consilii, hoc est, salutis totius mundi Angelus.

lus. Pudore afficiatur Nestorius, ac manum ori imponat. Puer hic Deus est. Quonam igitur modo ea Dei Genitrix non sit, quæ peperit? Si quis sanctam Dei Genitricem non confitetur, à Deitate remõtus est. Mea non est hæc oratio, quamquam aliõqui mea: hanc enim divinissimam hereditatem à Theologo patre Gregorio accepi. O beatum par Joachim & Anna! ac profecto ex ventris vestri fructu immaculati agnoscimini, quemadmodum Christus quodam loco dixit: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ut Deo gratum erat, ac dignum eã, quæ à vobis orta est, vitæ vestræ rationes instituistis. Castè enim ac sanctè miner vestro functi, virginitatis thesaurum produxistis.

• Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. V. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia. Glõria Patri. Quia.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

## Lectio vij. Cap. 1.

LIBER generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Damasceni.

Ex lib. 4. de Fide orthodoxa cap. 15. de Domini genealogia, & sancta Dei Genitricis.

QUOD Joseph ex Davidica tribu originem duxerit, sanctissimi Evangeliste Matthæus & Lucas liquido demonstrant. Verum hoc inter eos discriminis est, quòd Matthæus ex Davide per Salomõnem Josèphum

deducit, Lucas autem per Nathan. At verò sanctæ Virginis ortum uterque silentiò præterit. Quocirca scire opera prætium est, nec apud Hebræos, nec apud Scripturam sacram hoc in more positum fuisse, ut mulierum genus recenseretur. Verum hoc demum lege cautum erat, ne tribus illa uxores ex altera tribu accerseret. Ac proinde Joseph, qui ex tribu Davidica ortum trahèbat, justitiamque colèbat (hanc enim laudem tribuit divinum Evangelium) sanctam Virginem haudquàm præter legis præscriptum dependisset, nisi ex eodem sceptro genus duxisset. Ob idque satis habuit Evangelista demonstrasse, unde Joseph ortum traxerit.

• Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinã ejus replèta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. V. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Ipse intercedat. Glõria Patri. Ipse.

## Lectio viij.

IGITUR ex stirpe Nathan filii David, Levi genuit Melchi, & Panthèrem. Panther autem genuit Barpanthèrem, (namque ita vocabatur) Barpanther rursus genuit Joachim. Joachim dènique genuit sanctam Dei Genitricem. Rursus ex stirpe Salomõnis filii David, Marhan autem uxore sua genuit Jacob: mortuo autem Mathan, Melchi ex tribu Nathan, filius Levi, ac frater Panthèris, uxorem ipsius Mathan, quæ etiam Jacobi mater erat, matrimonio sibi copulavit, atque ex ea genuit Heli: ita uterini fratres erant Jacob & Heli: ille nimirum ex tribu Salomõnis, hic ex tribu Nathan oriundus.

**R.** Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: **¶** Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis quâ horâ Dominus vester venturus sit. Et vos similes. Gloria Patri. Et vos similes.

**Nona Lectio Homiliæ Dominicæ cum Commemor. ejus, & Octavæ in Laudibus.**

**Si hoc Festum transferatur,**

**Lectio ix.**

**P**orrò Heli, qui ex tribu Nathan erat, nullis liberis susceptis, è vita migravit: eaque de causa Jacob ipsius frater, qui ex tribu Salomonis fluxerat, ipsius uxorem accepit, fratrique suo semen excitavit, ac Josephum progenit. Joseph itaque naturâ quidem filius Jacob erat à Salomone oriundus: legis autem ratione patrem habebat Heli ex Nathan oriundum. Quæ cum ita sint, Joachin lectissimam illam, ac summis laudibus dignam mulierem Annam matrimonio sibi copulavit. Verùm, quemadmodum prisca illa Anna, cum sterilitatis morbo laboraret, per orationem ac promissionem Samuellem procreavit: eodem modo hæc etiam per obsecrationem & promissionem Dei Genitricem à Deo accepit, ut ne hic quoque cuiquam ex illustribus matronis cederet. Itaque grâtia (nam hoc sonat Annæ vocabulum) Dominam parit: id enim Mariæ nómine significat. Verè etenim rerum omnium conditârum Dômina facta est, cum Creatoris mater exiit.

**In Deum laudâmus. 12.**

**In Laudibus fit Commemoratio Dominicæ & Octavæ.**

**DIE XVI. AUGUSTI.**

**In Festo S. Hyacinthi Confessoris. Duplex.**

**Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, IV. præter sequentia.**

**In Hymno. Iste Confessor, dicitur:**

Hæc die lætus meruit supremos Laudis honores.

**Antiphona.** Similabo eum viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram. **V.** Amavit eum Dominus, & ornâvit eum. **R.** Stolum gloriæ induit eum.

**Oratio.**

**D**eus, qui nos beati Hyacinthi Confessoris tui annuâ solemnitate lætificas: concede propitius; ut cujus natalicia cõlumis, etiam actiones imitemur. Per Dõminum nostrum.

**Lectiones primi Nocturni de libro Scripturæ eo tempore occurrentis; ut dictum est in Rubrica ante Dominicam tertiam Augusti. 237.**

**In secundo Nocturno.**

**Lectio iv.**

**H**Yacinthus Polonus, nobilibus & Christianis parentibus in Camiensi villa Episcopatus Vratislaviensis natus est. A pueritia litteris instructus, post datam Jurisprudentiæ & sacris Litteris operam, inter Canonicos Cracovienses adscitus, insigni morum pietate, & summâ eruditione ceteros antecelluit. Romæ in Prædicatorum Ordinem ab ipso institutore Sancto Dominico adscriptus, perfectam vivendi rationem, quam ab ipso didicerat, usque ad finem vitæ sanctissime retinuit. Virginitatem perpetuò coluit: modestiam, patientiam, humilitatem, abstinentiam, ceterasque virtutes, ut certum

**Festa Augusti.**

tum religiôsæ vitæ patrimonium, adamâvit.

**R.** Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductõribus tutâvit illum: **¶** Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

**Lectio v.**

**C**haritate in Deum fervens, In-tegras sæpè noctes fundendis precibus, castigandõque corpore insimens, nullum eidem levamentum, nisi lapidi innixus, sive humi cubans, adhibebat. Remissus in patriam, Frisaci primùm in itinere amplissimum sui Ordinis Monasterium, mox Cracoviæ alterum erexit. Indè per alias Poloniæ Regni provincias, aliis quatuor exadificatis, incredibile dictum est, quantæ verbi Dei prædicatione, & vitæ innocentia apud omnes profecerit. Nullum diem prætermisit, quo non præclara aliqua fidei, pietatis, atque innocentia argumenta præsterit.

**R.** Amavit eum Dominus, & ornâvit eum: stolum gloriæ induit eum. **¶** Et ad portas paradisi coronâvit eum. **V.** Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornâvit eum. Et ad portas.

**Lectio vj.**

**S**anctissimi viri studium erga Deum proximorum salutem maximis Deus miraculis illustrâvit. Inter quæ illud insigne, quod Vandalum fluvium propè Visogradum aquis redundantem nullum navigio usus trajecit, sociis quoque expanso super undas pallio traductis. Admirabili vitæ genere ad quadraginta propè

*Part. Festiva.*

annos post professionem perducit, mortis die suis fratribus prænuntiato, ipso Assumptæ Virginis festo, Horis Canonicis persolutis, Sacramentis Ecclesiasticis summâ cum veneratione perceptis, iis verbis: In manus tuas, Dõmine; spiritum Deo reddidit anno salutis millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo. Quem miraculis, etiam post obitum, illustrem, Clemens Papa Octavus in Sanctorum numerum retulit.

**R.** Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: **¶** Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Gloria Patri. Quia te vidi.

**In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Sint lumbi vestri, de Communi Confessoris non Pontificis. Ixj.**

**In Laudibus fit Commemoratio Octavæ Assumptionis, Anæ. Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? **V.** Exaltata est Sancta Dei Genitrix. **R.** Super choros Angelorum ad cœlestia regna.**

**Oratio.**

**F**Amulorum tuorum, quæsumus Dõmine, delictis ignosce; ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Dõmini nostri intercessione salvenmur.

**Et Sancti Laurentii, Antiphona.** In craticula te Deum non negavi, & ad ignem applicatus te Christum confessus sum: probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas. **V.** Dispersionem, dedit

**No**

**pa-**

pauperibus. **V.** Justitia ejus manet in seculum seculi.

## Oratio.

**D**A nobis, quæsumus omnipotens Deus, vitiõrum nostrõrum flammam extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentõrum suõrum incẽdia superare. Per Dõminum nostrum.

In secundis Vesperis, à Capitulo fit de die Octava S. Laurentii, cum Commemoratione S. Hyacinthi, & Octavæ Assumptionis.

## DIE XVII. AUGUSTI.

In Octava S. Laurentii Duplex.

Omnia dicuntur sicut in die festo, 530, præter Orationem, & Lectiones.

## Oratio.

**E**Xcita Dõmine in Ecclesia tua Spiritum, cui beatus Laurentius Levita servivit: ut eõdem nos repleret, studeamus amare quod amavit, & opere exercere quod docuit. Per Dõminum. In unitate ejusdem Spiritus.

**Pro S. Hyacintho, A.S.** Hic vir despiciens mundum & terrẽna, triumphans, divitias cœlo condidit ore, manu. **V.** Justum deduxit Dõminus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

## Oratio.

**D**Eus, qui nos beati Hyacinthi Confessoris tui annuã solennitate lætificas: concede propitiis; ut cujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur.

**Pro Octava Assumptionis, Antiphona.** Hõdiẽ Maria Virgo cœlos ascendit: gaudete, quia cum Christo regnat in ætẽrnum. **V.** Exaltata est Sancta Dei Gẽnitrix. **R.** Super choros Angelõrum ad cœlestia regna.

## Oratio.

**F**Amulõrum tuõrum, quæsumus Dõmine, deictris ignosce; ut qui tibi placere ce actius nostris non valẽmus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessiõne salvemur. Qui tecum vivit & regnat.

Lectiones primi Nocturni de Libro Scripturæ eo tempore occurrentis, ut dictum est in Rubrica ante Dominicam liij. Augusti. 237.

## In secundo Nocturno.

Ex Tractatu Sancti Augustini Episcopi in Joannem.

Tractatu 27. in fine.

## Lectio iv.

**C**Erti sumus, fratres, quia omnes, qui sumus in corpore Dõmini, & manemus in illo, ut & ipse maneat in nobis, in hoc seculo necesse habemus usque in finem inter malos vivere: non inter illos dico malos, qui blasphemant Christum: raro enim jam inveniuntur, qui linguã blasphemant; sed multi, qui vitã: necesse est ergo, ut inter illos usque in finem vivamus. Sed quid est quod ait: Qui manet in me, & ego in illo? Quid, nisi quod Martyres audiebant: qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit?

**Q**uod progræderis sine filio pater? quod sacerdos sancte sine diacono prõperas? Tu nunquam sine ministro sacrificium offerre consueveras. **V.** Quid ergo in me displicuit paternitati tuæ? numquid degenerem me probasti? ex perire utrũm idõneum ministrum elegeris, cui commisisti Dominici sanguinis dispensationem. Tu nunquam.

## Lectio v.

**Q**uomodo mansit in illo Sanctus Laurentius, cujus hõdiẽ festum diem celebramus? Mansit usque ad tentationem, mansit usque ad tyrãnicam interrogationem, man-

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundũ Joannem.

## Lectio vj.

Cap. 12. a.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumẽti cadens in terram, mortuum fuerit; ipsum solum manet. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis

Chrysostomi.

Homilia 66. in Joannem.

**D**ulcis præsens vita est, & multe plena voluptatis, non tamen omnibus, sed iis tantum, qui illi sunt affixi. Quod si quis in cœlum suspexerit, & quæ ibi præclara sunt, contemplatus fuerit, statim hanc contemnet, ac nullius pretii existimabit. Nam & corporum pulchritudo, quoad pulchritudinem non deprehenditur, in admiratione habetur: cum verò aliud præstantius apparerit, illa prior despicitur. Quod si illam pulchritudinem etiam nos intueri voluerimus, & cœlestis regni speciem considerare, confestim nos hujus seculi vinculis dissolvemus.

**I**n craticula te Deum non negavi, Et ad ignem applicatus, te Dõminum Jesum Christum confessus sum. **V.** Probasti Dõmine cor meum, & visitasti nocte. Et ad.

## Lectio vij.

**V**inculum namque est terrenarum rerum affectio: ad cujus dissolutionem ut nos induceret Christus, quid dicat, attende. Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam ætẽrnã custodit eam. Enigmati simile hoc dictum videtur: non tamen ista est, immò verò præcipue sapientiæ plenum. Et quomodo qui amat animam suam, perdet eam? Qui absurdus ejus cupiditatibus obtemperat, qui

Nn 2

præ-

mansit usque ad acerrimam comminationem, mansit usque ad peremptiõnem. Parum est: usque ad immẽnam excrutiatiõnem mansit. Non enim occisus est cito, sed cruciatus est in igne. Diu vivere permissus est: sed tardè mori compulsus est. In illa ergo longa morte, in illis tormentis, quia benè manducaverat, & benè biberat, tamquam illã escã saginatus, & illo calice ebrius, tormenta non sensit.

**N**oli me derelinquere pater sancte, quia thesauros tuos jam expendi. Non ego te desero, fili, neque derelinquo: sed majora tibi debentur pro Christi fide certamina. **V.** Nos quasi senes leviõris pugne cursum recipimus, te autem quasi juvenem manet gloriõsior de tyrãno triumphus: post triduum me sequeris Sacerdotem Leyita. Non ego.

## Lectio vj.

**D**ixerat autem illi Xystus martyr sanctus, cujus diem quinto ab hinc retro die celebravimus: Noli mœrere fili (Episcopus enim erat ille, iste Diaconus) noli mœrere, inquit, sequeris me post triduum. Triduum autem dixit, medium inter diem passionis Sancti Xysti, & diem hodiernam passionis Sancti Laurentii. Triduum est medium. O consolatio! Non ait, Noli mœrere fili, desinet persecutio, & securus eris; sed, Noli mœrere, quod ego præcedo, tu sequeris; nec persecutio tua differtur. Triduum medium erit, & mecum eris. Accipit oraculum, vicit diabolum, pervenit ad triumphum.

**B**eatus Laurentius clamavit, & dixit: Deum meum colo, illi soli servo, Et idèd non timeo tormenta tua. **V.** Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt. Et. Glõria Patri. Et.

præter debitum ei indulget: quem admodum e contrario, qui odit eam in hoc mundo, custodit eam: hoc est, qui non parat ei, cum noxia jubet.

**R.** O Hippolyte, si credideris in Dominum Jesum Christum, & thesauros tibi ostendo, & vitam æternam promitto. **V.** Beatus Laurentius Hippolyto dixit: Si credideris in Dominum Jesum Christum. Et thesauros. Gloria Patri. Et thesauros.

## Lectio ix.

**E**T non dixit, qui non parat, sed qui odit. Sicut enim quos odio habemus, ne vocem quidem audire, nec vultum eorum videre æquo animo patimur: ita & animam, si quid præter Dei voluntatem nobis imperat, vehementer aversari oportet. Cum enim jam de morte ad eos verba facturus esset, de morte videlicet sua, & prævideret eorum tristitiam & examinationem, per excessum locutus est, inquiring: Quid dico, si mortem meam generosè non ferètis? nisi vos ipsi moriamini, nullum vos sequetur emolumentum.

Te Deum laudamus. 12.

Et fit Commemoratio Octavæ Assumptionis. **Antiphona.** Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? **V.** Exaltata est Sancta Dei Genitrix. **R.** Super choros Angelorum ad cœlestia regna.

## Oratio.

**F**amilorum tuorum, quaesumus Domine, delictis ignosce; ut qui tibi placere de acribus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessionis salvemur. Qui tecum vivit & regnat.

In secundis Vesperis fit Commemoratio Octavæ Assumptionis, An-

**tiphona.** Hodie Maria Virgo coelos ascendit: gaudete, quia cum Christo regnat in æternum. **V.** Exaltata est Sancta Dei Genitrix. **R.** Super choros Angelorum ad cœlestia regna.

**Oratio.** Familorum tuorum, ut supra.

Deinde Sancti Agapiti Martyris. **Antiphona.** Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & a verbis impiorum non timuit fundatus enim erat supra firmam petram. **V.** Gloria & honore conasti eum Domine. **R.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

## Oratio.

**L**ætetur Ecclesia tua, Deus, beati Agapiti Martyris tui confisa suffragilis: atque ejus precibus gloriosus & devota permaneat, & securi consistat. Per Dominum.

DIE XVIII. AUGUSTI.

Quarta die infra Octavam Assumptionis B. Mariae.

In primo Nocturno.

De Canticis canticorum.

Lectio j.

Cap. 4.

**Q**uam pulchra es amica mea, quam pulchra es! Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro, omnes gemellis fetibus, & sterillis non est inter eas. Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium tuum, dulce. Sicut fragmen mali punicæ, ita genæ tuæ, absque eo quod intrinsecus latet. Sicut turris David collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis: mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium.

**R.** Vidi speciosam sicut columbam, ascendentem desuper rivus aquarum:

rum: cujus inestimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus: Et sicut dices verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. **V.** Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, & aromatisibus myrrhae & thuris? Et sicut.

Lectio ij.

**T**ota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amanæ, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Quam pulchre sunt mammae tuæ soror mea sponsa! Pulchriora sunt ubera tua vino, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata.

**R.** Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cyprèssus in monte Sion: quasi myrrha electa, Dedi suavitatem odoris. **V.** Et sicut cinnamomum & balsamum aromatizans. Dedi.

Lectio iij.

**F**avus distilas labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuæ paradisi malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinnamomum cum universis lignis Libani, myrrha & aloë cum omnibus primis unguentis. Fons hortorum: puteus aquarum viventium, quæ fluunt imperu de Libano.

**R.** Quæ est ista, quæ processit sicut sol, & formosa tamquam Jerusalem? Vidèrunt eam filiae Sion, & beatam dixerunt, & reginæ laudaverunt eam. **V.** Et sicut dies ver-

ni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Vidèrunt. Gloria Patri. Vidèrunt.

In secundo Nocturno.

De Sermone S. Joannis Damasceni. *Orat. 2. de Dormitione Deiparæ sub finem.*

Lectio iv.

**E**X antiqua accepimus traditione, quod tempore gloriosæ dormitionis beate Virginis, universi quidem sancti Apostoli, qui orbem terræ ad salutem Gentium, peragrabant, momento temporis in sublime elati convenèrunt Jerusalem: cumque illic essent, eis visio apparuit Angelica, & audita est psalmodia cœlestium potentatum; & sic cum divina gloria in manus Dei sanctam tradidit animam. Ejus autem corpus, quod Deum ineffabili quadam ratione suscepit, cum Angelica, & Apostolica hymnodia elatum, in loculo fuit depositum Gethsemane: quo in loco Angelorum cantus mansit tres dies continuos.

**R.** Ornata montibus filiam Jerusalem Dominus concipivit. Et videntes eam filiae Sion, beatissimum prædicaverunt, dicentes: Unguentum effusum nomen tuum. **V.** Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Et videntes.

Lectio v.

**P**ost tres autem dies Angelico cantu cœssante, qui aderant Apostoli (cum unus Thomas qui abfuerat, post tertium diem venisset, & quod Deum susceperat, corpus adorare voluisset) tumulum aperuerunt; sed omni ex parte sacrum ejus corpus nequaquam invenire potuerunt. Cum ea autem tantum invenissent, in quibus fuerat compositum, & ineffabili, qui ex iis proficisceretur, essent odore re-

Nn 3

plè-

plēti, lōculum clausērunt. Eius mysteriū obstupescit miraculo, hoc solum cogitare poterunt, quod cui placuit ex Maria Virgine carnem sumere, & hōinem fieri & nasci, cūm esset Deus Verbum, & Dōminus glōriæ: quippe post partum incorruptam servavit ejus virginitatem, eidem etiā placuit & ipsius, postquam migravit, immaculatū corpus incorruptum servatum, translatione honorare ante commūnem & universalem resurrectionem.

Beātam me dicent omnes generationes: Quia fecit mihi Dōminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. Et miserīcōrdia ejus à progēnie in progēnies timētibus eum. Quia fecit.

## Lectio vi.

Derant tūc eūm Apōstolis sanctissimus Timōtheus, primus Episcopus Ephesiōrum, & Dionysius Areopagita, sicut ipse testatur in iis, quæ de beato Hierōtheo, qui ipse quoque tūc āderat, scripsit ad prædictum Timōtheum, sic dicens: Nam etiā apud ipsos à Deo afflatus sacrōrum apud ipsos, quando nos quoque, ut nosti, & multi ex sanctis nostris fratribus, ad contuendū corpus, quod vitæ principium dedit, & Deum suscepit, convenissemus; āderat autem & Dōmini frater Jacōbus, & Petrus, suprēma & antiquissima Theologōrum summitas) & viso sacro corpore, placuit omnibus, prout quisque poterat, hymnis celebrare infinitam bonitatem divinæ potētiæ.

Beāta es Virgo Maria, quæ Dōminum portasti Creatōrem mundi: Genuisti qui te fecit, & in æternū pērmans virgo. Ave Maria, grātia plena: Dōminus tecum. Genuisti. Glōria Patri. Genuisti.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundūm Lucam.

## Lectio vij.

Cap. 10. g.

In illo tempore: Intravit Jesus in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nōmine, excipit illum in domum suam. Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Ex Sermone 27. de Verbis Domini.

Enē Martha circa corporalem Dōmini, quid dicam, necessitatem, an voluntatem? ministrabat carni mortali. Sed quis erat in carne mortali? In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ecce quod Maria adiebat: Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Ecce Martha cui ministrabat. Ergo Maria meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Hoc enim elegit, quod semper manebit, ideō non auferetur ab ea.

Diffusa est grātia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternū. Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à dōmibus ebōrneis, ex quibus te delectaverunt filie regum in honore tuo. Propterea benedixit te Deus.

## Lectio viij.

Circa unum Maria se vultu occupari. Jam tenebat: Mihi autem adherere Deo bonum est. Sedebat ad pedes capitis nostri. Quantum humiliter sedebat, tanto amplius cupiebat. Confluit enim aqua ad humilitatem convallis, denatate de tumōribus collis. Non ergo Dōminus opus reprehendit, sed munus distinxit. Circa multa es occupata: porro unum est necessarium. Jam hoc sibi Maria elegit.

Beāta es Virgo Maria, Dei Genitrix, quæ credidisti Dōmino: perfecta sunt in te quæ dicta sunt tibi: ecce exaltata es super choros

An-

Angelōrum: Intercède pro nobis ad Dōminum Deum nostrum. Ave Maria, grātia plena: Dōminus tecum. Intercède pro nobis. Glōria Patri. Intercède pro nobis.

## Pro Sancto Agapito Martyre.

Lectio ix.

Agapitus Prænestinus, quindecim annos natus, Aurelianus Imperatore, martyrii cupidissimus, cūm propter constantiam religionis, Imperatoris jussu primum nervis diutissime cæsus, deinde in tetrum carcerem conjectus esset, ut nihil omnino per quatuor dies gustaret, è custodia esse eductus; & ardētibus carbonibus capiti ejus impositis, Deo agens grātiās, iterum affectus verbēribus, nudus ita pedibus suspensus est, ut ingens fumus è subiecto igne os ejus obrueret. Tum fervens aqua in ejus ventrem effusa est, maxillæque contractæ. Quo tempore iudex è tribunali lapsus, paulo post mortuus est. Eā re incenso Imperatore, sanctum juvenem jubente feris obijci, cūm illæ non auderent attingere, Præneste gladio percussus est.

Te Deum laudamus. 12.

In Laudibus, fit Commemoratio S. Agapiti Martyris, Ana. Quoi animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Jus-tus, ut palma florēbit. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Oratio. Letetur Ecclesia, ut supr. 564.

## DIE XIX AUGUSTI.

Quinta die infra Octavam Assumptionis B. Mariæ.

In primo Nocturno.

De Canticis canticōrum.

## Lectio j.

Cap. 5. e

Diri vos, filie Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut nuntiatis ei quia amore languo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum?

qualis est dilectus tuus ex dilecto? quia sic adjurasti nos? Dilectus meus candidus & rubicundus, electus, ex nullibus. Caput ejus aurum optimum: Comæ ejus sicut elatæ palmarum, nigre quasi corvus. Oculi ejus sicut columbæ super rivulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ; & resident juxta fluēnta plenissima.

Vidi speciosam sicut columbam, ascendentem desuper rivos aquarum: cujus inestimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus: Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromātibus myrrhæ & thuris? Et sicut.

## Lectio ij.

Cap. 6.

Dilectus meus descendit in hortum suum ad arēolam aromatum, ut pascatur in hortis, & lilia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Jerusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata. Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui sicut grex ovium, quæ ascenderunt de lavacro, omnes gemellis fetibus, & sterilibus non est in eis.

Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypressus in monte Sion: quasi myrrha electa. Dedi suavitatem odoris. Et sicut cinnamomum & balsamum aromatizans. Dedi suavitatem me.

## Lectio iij.

Na est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filie, & beatissimum prædicaverunt: reginæ & concubina; & laudaverunt eam. Quæ est ista, quæ pro-

Nn 4

grē-

gréditur quasi auróra consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrórum acies ordinata? Descéndi in hortum nucum, ut vidérem poma convallium, & inspicerem si florúisset vinea, & germínassent mala púnica. Nescivi: ánima mea conturbávit me propter quadrigras Aminadab. Revértere, revértere Sulamitis: revértere, revértere, ut intueámur te.

**R.** Quæ est ista, quæ processit sicut sol, & formósa tamquam Jerusalém? Vidérunt eam filia Sion, & beatam dixerunt, & reginæ laudavérunt eam. **V.** Et sicut dies novum circumdabant eam flores rosárum, & lílía convallium. Vidérunt. Glória Patri. Vidérunt.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Bernardi Abbátis. *Sermone 1. de Assumptione B. Mariæ.*

Lectio iv.

**V**irgo hódie gloriósa cælos ascendens, supernórum gáudium civium copiósis siné dubio cumulávit augmentis. Hæc est enim, cujus salutatónis vox & ipsos exultare facit in gáudio, quos matérna adhuc viscera cláudent. Quód si parvuli necdum nati ánima liquefacta est, ut Maria locúta est: quid putámus quænam illa fuerit cælestium exultató, cum & vocem audire, & vidére faciém, & beatá ejus frui preséntiá meruerunt?

**R.** Ornátam monilibus filiam Jerusalém Dóminus concepit: Et vidéntes eam filia Sion, beatíssimam prædicavérunt, dicéntes: Unguentum effusum nomen tuum. **V.** Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deauráto circumdata varietate. Et vidéntes.

Lectio v.

**S**ed & illud quis cogitare sufficiat, quam gloriósa hódie mun-

di Regina processérít: & quánto devotiónis affectu tota in ejus occursum cælestium legiónum occurrerit multitúdo; quibus ad thronum glória cánticus sit deducta, quam plácido vultu, quam seréná facie, quam divinis amplexibus suscepta à Filio, & super omnem exaltáta creatúram; cum eo honóre, quo tanta mater digna fuit; cum ea glória, quæ tantum decuit Filium?

**R.** Beatam me dicent omnes generatiónes. Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericórdia ejus à progénie in progénies tímentibus eum. Quia fecit.

Lectio vi.

**F**elicia prorsus óscula lábiis impressa lacténtis, cui virgíneo mater applaudébat in gremio. Verúm numquid non felicióra censé-  
bimus, quæ ab ore sedéntis in dextera Patris, hódie in beatá salutatóne suscepit, cum ascénderet ad thronum glória: epithalium canens, & dicens: Osculetur me ósculo oris sui? Christi generatiónem, & Mariæ assumptiónem quis enarrábit? Quantum enim grátie in terris adépta est præ cæteris, tantum & in cælis óbtinet glória singularis.

**R.** Beata es Virgo Maria, quæ Dóminum portasti Creatórem mundi. **V.** Genuisti, qui te fecit, & in ætérnum permanes virgo. **V.** Ave Maria, grátia plena: Dóminus tecum. Genuisti. Glória Patri. Genuisti.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

**I**n illo tempore: Intrávit Jesus in quoddam castéllum: & mulier quedam Martha nómine, ex-

Cap. 10. g

ce-

Lectio ix.

cépit illum in domum suam. Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Ex Sermone 27. de Verbis Domini.

**T**ransit labor multitudinis, & rémanet charitas unitatis. Ergo, quod elégit Maria, non auferétur ab ea: à te autem Martha, quod elegisti, utique hoc séquitur, utique hoc subintelligitur, à te, quod elegisti, auferétur: sed bono tuo auferétur, ut, quod mélius est, detur. Auferétur enim à te labor, ut réquies detur. Tu návigas, illa jam in portu est.

**R.** Diffusa est grátia in lábiis tuis: Propterea benedixit te Deus in ætérnum. **V.** Myrrha, & gutta, & cásia à vestiméntis tuis, à dómibus eburneis, ex quibus te delectavérunt filia regum in honóre tuo. Propterea.

Lectio viij.

**V**idétis ergo, charissimi, & quantum árbitor, jam intelligitis, in his duábus muliéribus, quæ ambæ fuérunt Dómino gratae, ambæ amábiles, ambæ discipulae: vidétis ergo, & magnum aliquid intelligitis, quicumque intelligitis, quod audire & scire debétis etiam qui non intelligitis, in his duábus muliéribus duas vitasse figuratas, præsentem & futúram, laboriosam & quietam, ærumnósam & beatam, temporálem & ætérnam.

**R.** Beata es Virgo Maria, Dei Génitrix, quæ credidisti Dómino: perfecta sunt in te, quæ dicta sunt tibi: ecce exaltáta es super choros Angelórum. **V.** Intercede pro nobis ad Dóminum Deum nostrum. **V.** Ave Maria, grátia plena: Dóminus tecum. Intercede Glória Patri. Intercede.

**D**Uæ sunt vite: de illis vos copiósius cogitate. Quid hæbeat hæc vita, non dico mala, non iniqua vita, non nefária, non luxuriósa, non impia; sed laboriósas, & ærumnis plena, timóribus castigata, tentatiónibus sollicita: hanc ipsam innocéntem vitam dico, qualem decébat habére Martham. Hanc ergo, quantum potéris, inspiciat: & de hac, ut dixi, copiósius, quam loquimur, cogitate. Vita verò iniqua áberat ab illa domo, nec cum Martha erat, nec cum Maria: & si aliquando fuit, Dómino intránte fugit.

Te Deum laudámus. 12.  
Vesperæ de S. Bernardo.

DIE XX. AUGUSTI.

In Festo Sancti Bernardi Abbatis. Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris non Pontif. iv. præter sequentia. Oratio.

**I**ntercéssio nos, quæsumus Dómine, beati Bernardi Abbátis commendet: ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocinio assequámur. Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratio de Octava Assumptionis, Añs. Hódie Maria Virgo cælos ascéndit: gaudete, quia cum Christo regnat in ætérnum. **V.** Exaltáta est Sancta Dei Génitrix. **R.** Super choros Angelórum ad cælestia regna.

Oratio.

**F**Amulorum tuórum, quæsumus Dómine, delictis ignosce: ut qui tibi placere de actibus nostris non valémus, Genitricis Filii tui Dómini nostri intercessióne salvémur. Qui tecum vivit & regnat.

Lectioes primi Nocturni leguntur de libro Scripturæ eo tempore

fore occurrentis, ut dictum est in Rubrica ante Dominicam tertiam Augusti. 237.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

**B**ernardus, Fontanis in Burgundia honesto loco natus, adolescens propter legregiam formam vehementer sollicitatus a mulieribus, numquam de sententia colendae castitatis dimoveri potuit. Quas diaboli tentationes ut effugeret, duos & viginti annos natus Monasterium Cisterciense, unde hic Ordo incepit, & quod tum sanctitate florebat, ingredi constituit. Quo Bernardi consilio cognito, fratres summopere conati sunt eum a proposito deterrere, in quo ipse eloquentior ac felicior fuit. Nam sic eos, aliosque multos in suam perduxit sententiam, ut cum eo triginta juvenes eandem Religionem susceperint. Monachus jejunita deditus erat, ut quoties sumendus esset cibus, toties tormentum subire videretur. In vigiliis etiam & orationibus mirifice se exercebat: & Christianam paupertatem colens, quasi coelestem vitam agebat in terris, ab omni caducarum rerum cura & cupiditate alienam.

Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem aeternam. **v.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

**L**ucebat in eo humilitas, misericordia, benignitas: contemplationi autem sic addictus erat, ut vix sensibus, nisi ad officia pietatis, uteretur: in quibus tamen prudentiae laude excellabat. Quo in studio occupatus, Genuensem ac Mediola-

nensem, aliosque Episcopatus oblatos recusavit, professus se tanti officii munere indignum esse. Abbas factus Claravallensis, multis in locis edificavit Monasteria, in quibus praecleara Bernardi institutio disciplina diu vixit. Romae, Sanctorum Vincentii & Anastasii Monasterio ab Innocentio Secundo Papa restitutum, praefecit Abbatem illum, qui postea Eugenius Tertius Summus Pontifex fuit, ad quem etiam librum misit de Consideratione.

**R.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, & Et ad portas paradisi coronavit eum. **v.** Induit eum Dominus loricam fidei, & ornavit eum. Et ad.

Lectio vi.

**M**ulta praeterea scripsit, in quibus apparet, eum doctrinam potentius divinitus traditam, quam labore comparata, instructum fuisse. In summa virtutum laude exoratus a maximis Principibus de eorum componendis controversiis, & de Ecclesiasticis rebus constituendis, saepius in Italiam venit. Innocentium item Secundum Pontificem Maximum in confutando schismate Petri Leonis, cum apud Imperatorem, & Henricum Angliae regem, tum in Concilio Pisis coacto, egrégie adjuvit. Denique tres & sexaginta annos natus obdormivit in Domino, ac miraculis illustris, ab Alexandro Tertio Papa inter Sanctos relatus est.

**R.** Iste homo perfecit omnia quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: Quia te vidi justum coram me omnibus gentibus. **v.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii.

Cap. 19. d

**I**n illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedae Presbyteri.

In Natali Sancti Benedicti.

**D**uo sunt ordines electorum in judicio futuri: unus judicantium cum Domino, de quibus hoc loco memorat, qui reliquerunt omnia, & secuti sunt illum: alius judicandorum a Domino, qui non quidem omnia sua pariter reliquerunt, sed de his tamen quae habebant, quotidianas dare elemosynas Christi pauperibus curabant: unde & audituri sunt in judicio: Venite benedicti Patris mei, possidete praeparatum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitiivi, & dedistis mihi bibere.

**R.** Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **v.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat.

Lectio viii.

**S**ed & reproborum duos ibi futuros ordines Domino narrato comperimus: unum eorum, qui fidei Christianae mysteriis initiati, opera fidei exercere contemnuunt, quibus in judicio testatur: Discendite a me maledicti in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo, & angelis ejus: esurivi enim, & non dedistis mihi manducare. Alterum eorum, qui fidem & mysteria Christi

vel numquam susceperunt, vel susceperunt per apostasiam deseruere, de quibus dicit: Qui autem non credit, jam judicatus est: quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei.

**R.** Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. **v.** Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. Gloria Patri. Et vos.

Lectio ix.

**V**erum his cum timore & pavore debito paulisper commemoratis ad latissima potentis Domini & Salvatoris nostri promissa convertamus auditum. Videamus, quae tanta gratia pietatis, non aeternae tantummodo vitae praemia suis sequacibus, sed & praesentis muneris pollicetur eximia. Et omnes, inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. Qui enim terrenis affectibus sive possessioibus pro Christi discipulatu renuntiaverit, quò plus in ejus amorem profecerit, eo plures inveniet, qui se interno suscipere affectu, & suis gaudeant sustentare substantiis.

Te Deum laudamus. 12.

**In Laudibus, fit Commemoratio de Octava Assumptionis, Aña.** Quae est ista, quae ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? **v.** Exaltata est Sancta Dei Genitrix. **R.** Superchobos Angelorum ad caelestia regna.

Oratio.

**F** Amulorum tuorum, quaesumus Domine, delictis ignosce: ut qui

qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione salvemur. Qui tecum vivit & regnat.

## DIE XXI. AUGUSTI.

Septima die infra Octavam Assumptionis B. Mariæ.

In primo Nocturno.

De Canticis Canticorum.

Lectio i.

Cap. 7.

**Q**uid vidēbis in Sulamite, nisi choros castrorum? Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis, filia principis! Juncturae femorum tuorum, sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis. Umbilicus tuus crater tornatis, numquam indigens poculis. Venter tuus sicut acervus tritici, vallatus liliis. Duo ubera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreae. Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscine in Hesebon, quæ sunt in porta filia multitudinis. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum. Caput tuum ut Carmelus: & comæ capitis tui, sicut purpura regis vincita canalibus.

**R.** Vidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper rivos aquarum: cujus inestimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus. **V.** Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. **R.** Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatis myrrhae & thuris? Et sicut dies.

Lectio ii.

**Q**uam pulchra es, & quam decora charissima in deliciis. Statua tua assimilata est palmæ, & ubera tua botris. Dixi: Ascendam in palmam, & apprehen-

dam fructus ejus: & erunt ubera tua sicut botri vineæ: & odor oris tui sicut malorum. Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus illius ad ruminandum.

**R.** Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypressus in monte Sion: quasi myrrha electa. **V.** Dedi suavitatem odoris. **R.** Et sicut cinnamomum & balsamum aromatizans. Dedi suavitatem.

Lectio iij.

**E**go dilecto meo, & ad me conversio ejus. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punicæ: ibi dabo tibi ubera mea. Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris omnia poma: nova & vetera, dilecte mi, servavi tibi.

**R.** Quæ est ista, quæ processit sicut sol, & formosa tamquam Jerusalem? **V.** Vidērunt eam filia Sion, & beatam dixerunt, & reginæ laudaverunt eam. **R.** Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Vidērunt. Gloriosa Patri. Vidērunt.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Lectio iv.

Sermone 4. de Assumptione.

**T**empus loquendi est omni carni, cum assumitur incarnati. Verbi mater in cælum: nec cessare debet à laudibus humana mortalitas, cum hominis sola natura super immortales spiritus exaltatur in Virgine. Sed de ejus gloria nec silere devotio patitur, nec dignum aliquid sterilibus concipere cogitatio, aut ineredita potest locutio partu-

ture. Hinc est, quod & ipsi cœlestis curia principes in consideratione tantæ novitatis clamant non sine admiratione: Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens?

**R.** Ornata monilibus filiam Jerusalem Dominus concupivit. **V.** Et videntes eam filia Sion, beatissimam predicaverunt, dicentes: Unguentum effusum nomen tuum. **R.** Aspirati Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et videntes.

Lectio v.

**A**C si manifestius dicant: Quanta est hæc, & undè ei ascendenti utique de deserto affluentia tanta deliciarum? Nec enim pares inveniuntur deliciae vel in nobis, quos in civitate Domini lætificat fluminis impetus, qui à vultu gloriæ, voluptatis gloriæ poterunt. Quæ est ista, quæ de sub sole (ubi nihil est, nisi labor & dolor, & afflictio spiritus) ascendit deliciis spiritualibus affluens? Quid ni delicias dixerim virginitatis decus cum munere fecunditatis, humilitatis insigne, distillantem charitatis favum, misericordiae viscera, plenitudinem gratiæ, prærogativam gloriæ singularis?

**R.** Beata me dicent omnes generationes. **V.** Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **R.** Et misericordia ejus à progénie in progénies timentibus eum. Quia fecit.

Lectio vi.

**A**scendens igitur de deserto Regina mundi, etiam Angelis sanctis, ut canit Ecclesia, speciosa facta est & suavis in deliciis suis. Désinant tamen deserti hujus mirari delicias: quia Dominus dedit be-

nignitatem, & terra nostra dedit fructum suum. Quid mirantur de terra deserta Mariam ascendere deliciis affluentem? Mirentur potius pauperem Christum de cœlestis regni plenitudine descendentem. Longè enim ampliori miraculo dignum videtur, Dei Filium paulo minus ab Angelis minorari, quam Dei matrem super Angelos exaltari. Illius inquit exinanitio facta est repletio nostra: illius miserie mundi deliciae sunt. Denique cum dives esset, propter nos pauper factus est, ut nos ejus inopia daretur.

**R.** Beata es Virgo Maria, quæ Dominum portasti Creatorem mundi: **V.** Genulisti qui te fecit, & in æternum permanes virgo. **R.** Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum. Genulisti. Gloriosa Patri. Genulisti.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 10. g.

**I**n illo tempore: Intravit Jesus in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua. De Homilia S. Augustini Episcopi.

Ex Sermone 27. de Verbis Domini.

**R.** Emanserunt ergo in illa domo, quæ suscepit Dominum, in duabus feminis duæ vitæ, ambæ innocentes, ambæ laudabiles. Una laboriosa, altera otiosa, nulla facinorosa, nulla desidiosa. Ambæ innocentes, ambæ inquam laudabiles: sed una laboriosa, altera otiosa: nulla facinorosa, quam cavere debet laboriosa: nulla desidiosa, quam cavere debet otiosa.

**R.** Diffusa est gratia in labiis tuis, **V.** Propereca benedixit te Deus in æternum. **R.** Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à domibus



bus eburneis, ex quibus te delectaverunt filiae regum in honore tuo. Propterea.

## Lectio viij.

**R**ant ergo in illa domo istae duae vitae, & ipse fons vitae. In Martha erat imago praesentium, in Maria futurorum. Quod agebat Martha, ibi sumus, quod agebat Maria, hoc speramus. Hoc agamus bene, ut illud habeamus plene. Nam quid inde habemus, in quantum habemus? quamdiu hic sumus, quantum est quod inde habemus? Nam & modo inde aliquid agimus: remoti a negotiis, sepositis familiaribus curis, convenistis, statis, auditis.

**R.** Beata es Virgo Maria, Dei Genitrix, quae credidisti Domino, perfecta sunt in te quae dicta sunt tibi: ecce exaltata es super choros Angelorum: Intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum. **V.** Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum. Intercede pro nobis. Gloria Patri. Intercede.

## Lectio ix.

**I**N quantum hoc agitis, Mariae similes estis. Et facilius vos intenditis quod agit Maria, quam ego qui prerogor. Si quid tamen dico, Christi est. Ideo vos pascit Christus, quia panis communis est, unde & ego vobiscum vivo. Nunc autem vivimus, si vos fratres statis in Domino. Nolo in nobis, sed in Domino, quia neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat: sed, qui incrementum dat, Deus. Te Deum laudamus. 12.

## DIE XXII. AUGUSTI.

In Octava Assumptionis B. Mariae. Duplex.

Omnia ut in primis Vesperis Festi, 549. cum Commemoro. praecede.

dentis, & SS. Timothei, Hippolyti & Symphoriani Mart. Antiphona. Istorum est enim regnum caelorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad praemia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **V.** Latamini in Domino & exultate justi. **R.** Et gloria-mini omnes recti corde.

## Oratio.

**A**uxilium tuum nobis, Domine quaesumus, placatus impende: & intercedentibus beatis Martyribus tuis Timotheo, Hippolyto & Symphoriano, dexteram super nos tuae propitiacionis extende. Per Dominum nostrum.

## In primo Nocturno.

De Canticis Canticorum.

## Lectio j.

Cap. 8. b

**Q**ua est ista, quae ascendit de deserto deliciis affluens, in-nixa super dilectum suum? Sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus aemulatio: lampades ejus, lampades ignis atque flammam.

**R.** Vidi speciosam sicut columbam, ascendentem desuper rivos aquarum: cujus inestimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. **V.** Quae est ista, quae ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhae & thuris? Et sicut.

## Lectio ij.

**A** quae multae non potuerunt extinguere charitatem, nec mi-

mina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Soror nostra parva, & ubera non habet: quid faciemus sorores nostrae in die quando alloquenda est? Si murus est, aedificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

**V.** Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypressus in monte Sion: quasi myrrha electa, & dedi suavitatem odoris. **V.** Et sicut cinnamomum & balsamum aromatizans. Dedi suavitatem.

## Lectio iij.

**E**go murus: & ubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem repiciens. Vineae fuit pacifico, in ea quae habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu ejus mille argenteos. Vineae mea coram me est. Mille tui pacifici, & duceni his, qui custodiunt fructus ejus. Quae habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mei, & assimilare capreae, hinnuloque cervorum super montes aromatatum.

**R.** Quae est ista, quae processit sicut sol, & formosa tamquam Jerusalem? Vidērunt eam filiae Sion, & beatam dixerunt, & reginae laudaverunt eam. **V.** Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Vidērunt. Gloria Patri. Vidērunt.

## In secundo Nocturno.

De Sermone S. Bernardi Abbatis. Sermone 4. de Assumpt. circa medium.

## Lectio iv.

**N**on est equidem quod me magis delectet, sed nec est quod terreat magis, quam de gloria Vir-

ginis Mariae habere sepe onem. Ecce enim si in ea laudavero virginitatem, mihi multae virgines post eam videntur offerri. Si humilitatem praedicavero, invenientur forte vel pauci, qui (docente Filio ejus) milites facti sunt & humiles corde. Si magnificare voliero misericordiae ejus multitudinem, sunt aliqui misericordiae viri, etiam & mulieres. Unum est, in quo nec primam similem visa est, nec habere sequentem, gaudia matris habens cum virginittatis honore. Mariae privilegium est, non dabitur alteri: singulare est, sed continuò etiam indicibile invenitur.

**V.** Ornatae monilibus filiam Jerusalem Dominus concupivit: Et videntes eam filiae Sion, beatissimam praedicaverunt, dicentes: Unguentum effusum nomen tuum.

**V.** Assitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et videntes.

## Lectio v.

**V**erò tamquam non hoc tantum, si dislingeret attendas, sed ceteras quoque virtutes singulares prorsus invenies in Maria, quae videbantur esse communes. Quae enim vel angelicae puritatis virginittati illi audeat comparari, quae digna fuit Spiritus sancti sacrarium fieri, & habitaculum Filii Dei? Quanta verò & quam pretiosa humilitatis virtus cum tanta puritate, cum innocentia tanta, cum conscientia prorsus absque delicto, immò cum tantae gratiae plenitudine! Unde tibi humilitas, & tanta humilitas, deo beata? Digna plane quam respiciet Dominus, cujus decorem concupisceret Rex, cujus odore suavissimo ab aeterno illo paterni sinus attraheretur accubitu.

**R.** Beatae me dicent omnes genera-

ratiões: Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. Et misericórdia ejus à progénie in progénies tíméntibus eum. Quia fecit.

## Lectio vj.

**E**cce jam quibus potúimus votis ascendentem te ad Filium deduximus, & prosecútus sumus saltem à longè, Virgo benedicta. Sit pietátis tuæ, ipsam quam apud Deum grátiam invenisti, notam fácerere mundo, reis véniam, medéllam agris, pusillis corde robur, afflictis consolatióem, periclitantibus adiutoriúm, & liberatióem sanctis tuis precibus obtinendo. In hac quoque die solemnitatís & lætitiæ, dulcissimam Mariæ nomen cum laude invocantibus sérvulus, per te Regína clemens, grátia suæ múnera largiátur Jesus Christus, Filius tuus, Dóminus noster, qui est super ómnia Deus benedictus in sæcula: Amen.

**R.** Beata es Virgo Maria, quæ Dóminum portásti Creatórem mundi: **G**enuisti qui te fecit, ut in ætérnum pérmans virgo. **V.** Ave Maria, grátia plena: Dóminus tecum. Genuisti qui. Glória Patri. Genuisti qui.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

## Lectio vij.

Cap. 10. g.

**I**n illo tempore: Intrávit Jesus in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nómine, excépit illum in domum suam. Et réliqua.

Homília S. Bernárdi Abbátis. *Sermone 2. de Assumpcióne B. Mariæ.*

**Q**uid intróisse eum dicimus in castellum? Etiam in angustissimum virginális úteri di-

versórium introivit. Dénique & mulier quædam excépit illum in domum suam. Felix mulier, cujus domus, Salvatóre suscepto, inventa est munda quidem, sed planè non vácuca. Quis enim vácuam dixerit, quam salútat Angelus grátia plenam? Neque hoc solúm, sed adhuc quoque in eam superventúrum ásserit Spiritum sanctum. Ad quid putas, nisi ut etiam superimpleat eam? Ad quid, nisi ut adveniéntem jam Spiritu plena sibi, eódem superveniéntem, nobis quoque superplèna & superflúens fiat?

**R.** Diffúsa est grátia in lábiis tuis, Propterea benedixit te Deus in ætérnum. **V.** Myrrha, & gutta, & casia à vestiméntis tuis, à dómibus eburneis, ex quibus te delectaverunt filia regum, in honore tuo. Propterea benedixit te Deus.

## Lectio viij.

**I**ntret ergo domum Salvátor, & frequénter visitet eam, quam poenitens Lázarus mundat, ornat Martha, & Maria replet internæ dedita contemplatióni. Sed fortè curiosus quisquam requirat, cur in præsentí Evangelica lectióne nulla prorsus Lázari mentio fiat. Arbitror sanè, ne id quidem à proposita similitudine disidère. Virginálem étenim domum intèlligi volens Spiritus, siluit non incongruè preniténtiam, que malum útique commítatur. Absit enim, ut próprii quidquam inquinaménti domus hæc aliquando habuisse dicatur, ut in ea proinde scopa Lázari quæreretur.

**R.** Beata es Virgo Maria, Dei Génitrix, quæ credidisti Dómino: perfecta sunt in te que dicta sunt tibi: ecce exaltata es super choros Angelórum: **I**ntercède pro nobis

bis ad Dóminum Deum nostrum. **V.** Ave Maria, grátia plena: Dóminus tecum. Intercède pro nobis. Glória Patri. Intercède pro nobis.

**Pro SS. Martyribus Timotheo, Hippolyto, & Symphoriano.**

## Lectio ix.

**T**imótheus Antiochénus, Romanam véniens Melchisé Summo Pontifice, cum per annum ibi Christi fidem prædicasset, à Tarquino Urbis præfecto conjicitur in vincula: & post diuturnas carceris arúmnas ad idóla perducitur, ut eis sacrificet. Quam impietatem summá libertate detestátur, acerbissimè creditur, & excarnificatum corpus vivá calce perfunditur. In quibus aliisque suppliciis constans Martyr capite pléctitur. Corpus viá Ostiénsi prope sepúlchrum beati Pauli Apóstoli sepelitur. Quo die etiam Alexandro Imperatóre, apud Ostia Tiberína Hippólytus, Episcopus Portuénsis, ob præclaram fidei confessiõem máribus pedibusque ligátis in altam fóveam aquis plenam præcipitatus, martyrio coronatus est, & ibidem à Christianis sepultus. Quo item die, Aureliáno Imperatóre, propterea eandem fidem Augustodúni Symphoríanus adolescens variè tortus est. Qui dum ad ultimum supplicium duceretur, matrem itá clamantem audiens: Nate, nate, memento ætérnæ vitæ, cælum súspice, & ibi regnantem intúere: tibi enim vita non eripitur, sed mutatur in meliús: fortiter Jesu Christi causa carnifici collum præbuit. Te Deum laudamus. 12.

**In Laudibus fit Commemoratio SS. Timothei & Sociorum Martyrum, Antiphona. Vestri capilli Pars Estiva.**

capitis omnes numerati sunt: nolite timere: multis passéribus meliiores estis vos. **V.** Exultábunt Sancti in glória. **R.** Lætábuntur in cubilibus suis.

**Oratio.** Auxilium tuum nobis, ut supra. 574.

**In secundis Vesperis fit Commemoratio Sancti Philippi Beniti, Antiphona.** Similábó eum viro sapienti, qui ædificávit domum suam supra petram. **V.** Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

**Oratio.** Deus, qui per beatum, ut infra.

## DIE XXIII. AUGUSTI.

**In Festo Sancti Philippi Beniti Confessoris, Duplex.**

**Omnia de Comuni Confessoris non Pontificis, IV. præter ea que sequuntur.**

## Oratio.

**D**eus, qui per beatum Philippum Confessórum tuum extimium nobis humilitatis exemplum tribuisti: da famulus tuis prospéra mundi eus ejus imitatione despicere, & cœlestia semper inquirere. Per Dóminum nostrum.

**In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.**

**In secundo Nocturno.**

## Lectio iv.

**P**hilippus ex nobili Benitiórum familia Floréntiæ natus, fuit sanctitatis jam indè ab incubilibus iudicium præbuit. Vix enim quintum ætatis mensem ingressus, linguam in voces mirificè solvit, horatósque fuit matrem, ut Deiparæ servis eleemósynam impertirét. Adoléscent, dum Parisiis literarum stúdia cum pietatis ardóre conjungeret, plurimos ad cœlé-

tis patriæ desiderium inflammavit. Reversus in patriam, & singulari visione à beatissima Virgine in Servorum suorum familiam nuper institutam vocatus, in Senarii montis antrum concessit, ubi asperam quidem, jugi corporis castigatione, sed Christi Domini cruciatum meditatione suavem vitam duxit; in deque per universam penè Europam, magnamque Asiam partem, quam Evangelicis predicationibus obivit, sodalitia Septem Dolorum Dei Matris instituit, suamque Ordinem eximio virtutum exemplo propagavit.

**R.** Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

## Lectio v.

**D**ivinae charitatis, & Catholicae fidei dilatandæ ardore vehementer accensus, sui Ordinis Generalis relictans, atque invitus renuntiatus, fratres ad prædicandum Christi Evangelium in Scythiam misit. Ipse vero plura Italiae urbes concursans, gliscientes in eis civium discordias composuit, multasque ad Romani Pontificis obedientiam revocavit; nihilque per studio alienæ salutis omitens, perditissimos homines è vitiorum camino ad penitentiam, ac Jesu Christi amorem perduxit. Orationi summo per addictus, sæpe in extasim rapi visus est. Virginitatem verò adeo coluit, ut ad extremum usque spiritum voluntariis, ac durissimis suppliciiis illibatam custodierit.

**R.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, \* Et ad portas paradisi coro-

navit eum. **V.** Induit eum Dominus lorica fidelis, & ornavit eum. Et ad portas.

## Lectio vj.

**E**fflruit in eo jūger singularis erga pauperes misericordia; sed præcipue, cum apud Camilianum agri Senensis vicum leproso nudo elemosynam petenti propriam, quæ indutus erat, vestem fuit elargitus, quæ ille contactus, statim à lepra mundatus est: cujus miraculi cum longè lateque fama manasset, nonnulli ex Cardinalibus, qui Viterbium, Cleménte Quarto vita functo, pro successore deligendo convenerant, in Philippum, cujus cœlestem etiam prudentiam perspectam habebant, intenderunt. Quo comperto vir Dei, ne fortè Pastoralis regiminis onus subire cogeretur, apud Tuniatum montem tandem delituit, donec Gregorius Decimus Pontifex Maximus fuerit renuntiatus: ubi balneis, quæ etiam hodiè Sancti Philippi vocantur, virtutem sanandi morbos suis præcibus impetravit. Denique Tuderti anno milleesimo ducentesimo octogesimo quinto in Christi Domini è cruce pendens amplexu, quem suum appellabat librum, sanctissimè ex hac vita migravit. Ad ejus tumulum caeci visum, claudi gressum, mortui vitam receperunt. Quibus aliisque plurimis fulgentem signis Clemens Decimus Pontifex Maximus Sauctorum numero adscripsit.

**R.** Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia te vidi.

In

In tertio Nocturno, Homilia venerabilis beati Presbyteri in Evangelium Nolite timere pusillus grex, de Communi Confessoris non Pontificis. lxx.

Ubi Festum S. Bartholomæi Apostoli celebratur xxiv. Augusti pro Vigilia legitur nona Lectio de Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium Hoc est præceptum meum, ut in Vigiliis Apostolorum. j. & in Laudibus fit Commem. per Antiph. & V. de Feria occurr. in Psalterio.

## Oratio.

**D**A, quæsumus omnipotens Deus; ut beati Bartholomæi Apostoli tui, quam pravenimus, veneranda sollemnitas & devotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum nostrum.

Vesperæ de Sancto Bartholomæo Apostolo, cum Commemor. Sancti Philippi Confessoris.

**DIE XXIV. vel XXV. AUGUSTI.**

In Festo S. Bartholomæi Apostoli. Duplex.

Omnia de Communi Apostolorum, j. præter ea, quæ hic sunt propria.

## Oratio.

**O**mnipotens sempiternè Deus, qui hujus diei venerandam sanctamque lætitiâ, in beati Apostoli tui Bartholomæi festivitatem tribuisti: da Ecclesiæ tuæ, quæsumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de Epistola j. ad Corinthios. Sic nos existimet homo, ut in Communi Apostolorum. vj.

In secundo Nocturno,

Lectio iv.

**B**artholomæus Apóstolus, Galilæus, cum in Indiam cite-

riorem, quæ ei in orbis terrarum sortitione ad prædicandum Jesu Christi Evangelium obvenerat, progressus esset; adventum Domini Jesu juxta Sancti Matthæi Evangelium illis Gentibus prædicavit. Sed cum in ea provincia plurimos ad Jesum Christum convertisset, multos labores calamitatésque perpessus, venit in majorem Armeniam.

**R.** Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes, & Angelus Domini locutus est ad me, dicens: \* Isti sunt viri sancti, facti amici Dei. **V.** Vidi Angelum Dei fortem, volantem per medium cœlum, voce magna clamantem, & dicentem. Isti sunt.

## Lectio v.

**I**bi Polymium regem & conjugem ejus, ac præterea duodecim civitates ad Christianam fidem perduxit. Quæ res in eum magnam invidiam concitavit illius gentis sacerdotum. Nam usque adeo Astayem Polymii regis fratrem in Apostolum incendérunt, ut in vivo Bartholomæo pellem crudeliter detrahi jussisset, ac caput abscindi: quo in martyrio animam Deo reddidit.

**R.** Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter mercedem vestram, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. **V.** Cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis. Gaudete.

## Lectio vj.

**E**jus corpus Albani, quæ est urbs majoris Armeniæ, ubi iussus fuerat, sepultum est: quod

Oo 2

pos-